

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4**

57 Reden der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420,3

**Molter, Johann**

**[Karlsruhe], 1783-1800**

[Preuschen, August Ludwig von]: Societatem Latinam Marchicam  
salutavit, 13 Dez 1783

[urn:nbn:de:bsz:31-99849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99849)

4  
Societatem  
Latinam Marchicam  
salutavit  
Augustus, Ludovicus  
de Preuschen.  
a. d. XIII. Dec.  
1789.

---



21  
Liberata  
a. 1789  
Augustus  
de  
1789

Rel  
adim  
auge  
jectu  
max  
als  
nos  
nos  
mal  
bona  
dit  
pe  
finc  
ditte



Director gravissime!

Socii honoratissimi!

Religiosissimum esse officium, ut  
animi vires, quantum possumus,  
augeamus, nulli dubio est sub-  
jectum: Ratio enim <sup>gravidissima</sup>  
maximamque est donum, quod  
ab Deo, auctore rerum omnium,  
nos homines accepimus; sola  
nos distinguit a caeteris ani-  
malibus, et verum falsumque,  
bonum atque malum nobis offer-  
dit. Cum vero remedium pro-  
pe unicum ad eam accedendam  
sint litterae; officium est, ut  
litteris demus operam.

Litte,



Litterae vero non ob officium  
modo sunt necessariae, verum  
etiam propter utilitatem;  
quantum enim non augent,  
generis humani dignitatem!  
cum creatur modis rudis in-  
cultaq; gens, cum alia bonis  
moribus praedita, in qua lit-  
terae florent, tunc certe dif-  
ferentiam intelligetur, tunc  
merito demum aestimabuntur  
litterae. Illae sunt via ad  
bene beataq; vivendum, illae  
nos edocent. Dei muneribus  
atq; beneficiis sapienter uti,  
illae quoq; fuere veluti fon-  
tes

ter, e  
opp  
vel  
liqu  
lupt  
repic  
nou  
volit  
da n  
ad  
libro  
anu  
pro  
be  
inte  
for



6  
tes, ex quibus vitae commoda atq;  
opportunitates manabant, quod  
vel ex antiqua historia col-  
ligitur. Quanta deniq; est vo-  
luptas, animum talibus studiis  
reficere et enutrire! Quomodo  
modum apes salubres flores  
volitando percurrunt, ad colligen-  
da mella, sic doctus in libris  
abditus, nunc ex hoc nunc illo  
libro quaerit nutrimentum pro  
animo immortali. Quantam  
postremo vim in homine ha-  
beant studia, ex hoc jam  
intelligi potest, quod adversus  
fortunae vim, vitamq; hominum  
ix.



6  
incurrentes casus, curas et mo-  
lestias, luctus, mortes deniq,  
firmissimum et unicum fere  
ipsa sunt praesidium aut  
laevamentum; praestant illa  
quidem, ut adversa nobis ma-  
gis intelligi possint, sed prae-  
stant etiam hoc, ut eo patien-  
tius perferantur. Haec stu-  
dia, ut Tullius ait, adolescen-  
tiam alunt, senectutem ob-  
lectant, secundas res ornant,  
adversis per fugium ac solati-  
um praebent; delectant do-  
mi, non impediunt foris:  
pernoctant nobiscum, peregrin-  
nan,



7 3 4  
nantur, rustificantur. Quod si ipsi  
haec neque attingere, neque sensu  
nostro gustare possemus, tamen  
ea miraremur, etiam cum in  
aliis videremus. Mihi vero  
favore vestro optatissimam nunc  
datam esse occasionem, velut  
novo incitamento litteris in-  
cumbendi, ex usque et maxima  
utilitate qualem cultoribus  
adferunt summa quoque volun-  
tate, qua illarum tractatio-  
ne permulcetur animus, pro-  
tundis, et Tibi, Director gra-  
visime! et Vobis, Socii hono-  
ratissimi! acceptum refero,  
atque



8  
atq; pro isto beneficio in me  
collato maximas gratias per  
solvo. Nihil autem magis  
in votis habeo, quam ut  
numen optimum, hocce ve-  
strum collegium, ornandis  
litteris et provehendis in-  
stitutum, atq; conatus vestros  
porro adjuvet et tueatur,  
quo ampliores in dies uberi-  
oresq; et in omnem reipub-  
lican litterariam, et in pri-  
mis hanc musarum sedem,  
illinc proveniant fructus.

---